Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

280. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

na cum letaniis ad Miſſarum ſollemnia.

De vigiliis ſanctorum.

Burchard. lib. 13. c. 16.

CCLXXVIII. Preſbyteri cùm ſacras feſtivitates populo annuntiant, etiam jejunium vigiliarum eos omnimodis ſervare moneant.

De indicto jejunio. *Ex Concilio Moguntiacenſi.*

Concil. Mogunt. ſub Kar. M. c. 35. Lib. 5. Capitular. c. 87. Burchard. lib. 13. c. 4.

CCLXXIX. Si quis indictum jejunium ſuperbiendo contempſerit & obſervare cum ceteris Chriſtianis noluerit, in Gangrenſi Concilio præcipitur ut anathematizetur.

Ex Concilio Gangrenſi.

Conc. Gangr. c. 19. Burchard. lib. 13. c. 5.

CCLXXX. Si qui eorum qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea tradita in commune jejunia ab Eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſolvit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit.

De eadem re. *Ibidem.*

CCLXXXI. Quicunque indictum jejunium violant ſine gravi neceſſitate, memorentur Jonathæ filij Saul Regis, qui maledictum patris parvipendens, parumper mellis in ſummitate virgæ comedit, & idcirco ſententiam mortis promeruit.

1. *Reg.* 14.

Item ex Capitularium lib. I. *cap.* XLVIII.

Burchard. lib. 13. c. 17.

CCLXXXII. Ut in Eccleſia à ſacerdotibus jejunia conſtituta ſine neceſſitate rationabili non ſolvantur.